

positionem, pro si quidem verius est, hanc æstimationē
 13 quænti plurimi debent dispositione, seu factio hominis
 & si lex illud deinde approbet. Cum enim creditor mu-
 tuo dat, & debitor suscipit, inter eos actum lex præsumit,
 quod res in suo genere restituitur, eiusdem qualitatē
 14 æstimationem quænti plurimi potest creditor expresse
 donare, & remittere, ut certi iuris est. Ex quibus sequitur
 hanc esse hominis dispositionem, ut declarat Ripa
 in l. si insulam. n. 60. de verb. oblig. & Alciat. in l. 4. S. Ca.
 to. nu. 104. eod. tit.

Tertio adfertur l. si marito. S. ult. ff. sol. matr. ubi mu-
 15 lier recipiens dotem principalem, non tamen dicitur
 remississe accessiones, nempe fructus. Ergo idem dicen-
 dum est nostro in casu.

Cæterum responderetur esse speciale in eo casu favore
 dotis. Ita declarat Bal. Nouel. in tract. de dote, in 2. par-
 tic. col. ult. nu. 11. Vel & secundo, ex sententia glossæ
 & Bar. in d. l. si marito. S. ult. id procedit, quia illi fructus
 16 dicantur augere dotē, & augmentum idem est, & eque
 principaliter, quod ipsa dos. Item, C. de iure dotium.
 sicut ergo petita parte dotis, superest alterius partis pe-
 titio, ita etiam consecuta dote, fructus, & augmentum
 peti possunt.

Quarto conferre videtur tex. l. nunquam plura. S. itē
 quantum. ff. de priuat. delict. Verum responderi potest, lo-
 qui in pænis legalibus, ut dixi ad d. l. si profure. S. 1.

Placet mihi recepta opinio ex l. 1. in fine princip. ff. si
 quis cautio. quæ loquitur de pœna conventionali, sicq;
 17 de pœna ex dispositione hominis. Et affirmat illam cō-
 ferri remissam, recepto, quod debebatur principaliter.
 Nam & nos loquimur in æstimatione quanti plurimi,
 quæ debetur dispositione hominis, ut supra diximus.

Extenditur hæc præsumptio, ut locum habeat etiam
 18 quando creditor adhibuit protestationem, se recipere
 salvo iure consequendi æstimationem quanti plurimi.
 Et huius sententiæ fuit Petrus Perticē. & Dec. præcita-
 to in loco. Verum quia à Petro dissentit Bar. in d. l. ult.
 ff. de eo quod certo loco. & cum Bartolo ceteri sentiunt,
 ob id vna cum Bartol. ac etiam ex mente Decij hic, quo
 res clarior reddatur, distinguo tres casus.

Primus est casus, quæ debitor soluens sortē principalē,
 19 consentit sibi creditore protestati, se recipere, salvo iure
 consequendi æstimationem quanti plurimi. Hoc casu
 clarum est, eam æstimationem, quanti plurimi non esse re-
 missam. Ita Dec. hic nu. 5. vers. saluari tamen potest, sic de-
 clarando Cur. iun. n. 8. in fin. Bar. in d. l. ult. ff. de eo quod
 certo loco. Nam videtur quoddam pactum initum inter
 debitorem, & creditorem, ut creditor possit ultra sortē
 consequi æstimationem quanti plurimi.

Secundus est casus, quando debitor soluens sibi tacuit,
 20 atque ita non contradixit creditore protestanti se recipere
 salvo iure consequendi eam æstimationem quanti plurimi.
 Hoc etiam in casu dicendum est, debitori non
 esse remissam hanc æstimationem. Ita Bar. in d. l. ult. &
 cum eo ibi Castr. & ceteri.

Primo ea ratione, quæ protestatio tollit omnē præsum-
 ptionē tacite remissionis, atque donationis, le. si filius.
 ff. ad Macedon. item quæritur, S. qui impleto. ff. locati.
 & l. si debitor. S. 1. ff. quib. modis pign. vel hypoth. solui.
 Ergo hac protestatione in receptione sortis adhibita à
 creditore, remissa non dicitur æstimatio quanti plurimi.

Secundo adfertur tex. leg. 3. S. idem Iulianus. ff. de eo
 quod certo loco.

Verum respondet Castr. in d. l. ult. qd d. S. idem Iulian.
 loquitur in eo, qui soluit procuratori alieno, qui recipiē-
 do non potuit adferre præiudicium creditore principali.

Tertio, & fortius accedit, quæ etiam hæc remissio non ef-
 fer præsumpta, sed ficta, quæ tanē ficta remissio potētor
 est ipsa præsumpta, attamē adhuc protestatio operatur,

& tollit eam, cum sit protestatio potens ad tollendū actū
 à lege fictum, ut declarat Alciat. in tract. de præsumpt. in
 evidentialibus parte 2. in fin. post Bald. Nouel. in tract.
 de dote, par. 6. priuili. 2. dum sic declarat l. vnicam. Co.
 de rei uxoria actione.

Quarto accedit doctrina eorum, qui scripserunt, do-
 21 minum recipientem canonē ab emphyteuta, adhibita
 protestatione, sibi esse saluum ius caducitatis, eam ca-
 ducitatem non censeremississe. Ita Iaf. in l. 2. num. 124.
 C. de iure emphyt. idem in l. 2. in princ. n. 5. ff. si quis cau-
 rio. Ripa in c. cum M. Ferrar. nu. 129. de constit. Alci.
 in l. denunciatio. col. 5. de verb. signific. & Boer. quest.
 309. qui alios permultos recenset. & dicemus infra in
 præsumpt....

Non obstant nunc rationes, quibus Decius in d. l. vi-
 num. post Petrum in d. l. ult. de eo quod certo loco. contra-
 riam opinionem probavit, nempe non censeremissam refer-
 uatum ius consequendi hanc æstimationem quanti plu-
 22 rimi. Et primò ea ratione mouetur, quæ protestatio, quæ
 fit contra ea, quæ à legis dispositione pendunt, nil opera-
 tur, l. alimenta. C. de neg. gest. Atqui quod morosus de-
 bitor soluendo sortem principale liberetur ab æstimatio-
 ne quanti plurimi, pendet à dispositione legis, quæ hanc
 liberationem inducit. d. l. ult. de eo quod certo loco. Er-
 go protestatio creditoris recipientis nil operatur.

Respondetur, quod et si lex inducat hæc liberationē
 ab æstimatione quanti plurimi, recepta solutione à cre-
 ditore, attamē id facit ex præsumptione quadam, quod
 recipiens præsumatur remittere illud accessorium. Et
 ideo adhibita protestatio eius mentē, & animum declara-
 rat, sicque cessat illa legis præsumptio.

Secundo adfertur hæc consideratio, quando lex ut hic
 23 subrogat loco obligationis aliquam pœnam, tunc illa sibi
 subrogatio est alternativa, ac si debitor alternativè esset
 obligatus. l. miles. S. decem. in 1. respō. de re iudic. & scri-
 bit Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. q. 7. de verb.
 24 oblig. Atqui in obligatione sibi alternativa, si creditor re-
 cipit vnu, impossibile est, quod recipiat alterum. l. si non
 sortem. S. si decem. infra de cond. indeb. Ergo protestatio
 nihil operatur contra ea quæ sunt impossibilia. simili argu-
 vitur Guido Pap. q. 172. col. 1. vers. & est ratio.

Cæterum facile responderetur in specie nostra esse fal-
 sam illam maiorem propositionem, cum æstimatio qua-
 ti plurimi, non sit alternativè subrogata loco sortis prin-
 cipalis, quando quidem creditor, si vult, potest vtrum-
 que consequi, hoc responso Iuliani probatur, & alijs si-
 milibus supra allegatis.

Tertio accedit, quod aut volumus dicere, hanc æsti-
 mationem peti prima actione, & hoc dici non potest, quia
 25 solutio sibi sortis omnis tollitur obligatio, & per conse-
 quens actio. Aut noua actione, & hoc etiam dici non po-
 test, quia nulla potuit contrahi obligatio. ex quo nil a-
 ctum fuit. Ergo protestatio nil operatur, cum reseruari
 non possit, quod non est. Respondetur argumentū pos-
 se procedere, quæ ipse creditor recepta solutione sortis
 fuisset protestatus. Nam serò nimis id fecisset, nempe
 iam extincta omni obligatione, secus est nostro in casu,
 ubi protestatio adhibetur ante receptionem, vel in eo
 instanti. Ita simile tradit Bar. in l. Modestinus. col. 2. n. 6.

26 ff. de solut. cum ait, quod si fideiusor sibi soluit, & petit
 sibi cedi actiones, erunt illę cedendæ, si petitum id sit an-
 te perfectam solutionem. Præterea cum in casu nostro res

27 deterior sit reddita, non dicitur reddita. l. in hac. in fi.
 ff. de condit. trit. l. 3. S. si reddita. ff. commod. l. Iul. S. 1.
 de verb. oblig. Ergo non est extincta oblig.

28 Tertius est casus, quando debitor expressè contra-
 dicit protestationi factæ à creditore sibi saluum esse ius
 consequendi æstimationem quanti plurimi. Hoc in casu
 poterit adhuc creditor agere, ut eam æstimationem
 consequatur.

Primò

Primò ea ratione, quia creditor recipiēdo sortē prin-
 cipalem, dicitur liberasse debitorem sub quadam condi-
 tione, ut æstimationem quanti plurimi deinde prestaret.
 arg. l. si mulier. & l. si quis accepto. infra de condic. causa
 dat. ubi qui dedit aliqua ex causa, ea non secuta condi-
 cere potest, quia sic sub conditione dicitur dedisse ut cau-
 sa sequatur.

Secundo satis, superque fundata est intentio credito-
 ris recipientis, qui protestatione sua conservat sibi ius
 suum. l. si filius. ff. ad Senatuse. Maced. & dixi suo loco.
 Nec debitoris contraditio aliquid operatur, ut mox di-
 luendo contraria dicemus.

Tertio accedit (ut dicebat hic Dec.) quod creditor ius-
 tē protestatur, ex quo non cogebatur recipere sortē sine
 vltis. Ergo contra illa debitoris contraditio est iniuri-
 sta, & propterea reiicienda.

Non obstant nunc aliquot rationes, quæ in contra-
 rium adfertur solent. Et primò adfertur ratio, quæ vltis est
 in simili Bart. in l. 1. num. 8. ver. 3. quæro. ff. de sol. quan-
 do debitor soluit, & contradit protestationi credito-
 ris, dicitur eo animo soluere, ut nil amplius ab eo petatur,
 quod repetere possit solutum. Ergo protestatio credito-
 ris nil operatur, repugnante contraditio debitoris.
 Cæterum respondet Dec. col. 3. vers. in contrarium fa-
 cit, quod non obstante contraditio debitoris solu-
 tis possit creditor retinere solutum, ex quo est ei solutum,
 quod iure debebatur, cessat ergo repetitio. l. repetitio. ff.
 de condic. indeb. Et sicuti dixi supra creditor ius est pro-
 testatur, ex quo non tenebatur recipere creditum sine
 vltis. At in illa questione à Bart. propofita diuersum
 est (ait Dec.) quia ibi creditor iniuste agebat, cum ad de-
 bitoris voluntatem esset pecunia computanda.

Secundo adfertur tex. in l. 2. in fi. prin. si quis cautio.
 in illis verbis. Ergo requiritur vtriusque partis consen-
 5 sus, quo deficiente protestatio nil operatur. Et textum
 hunc multum arguet contra Bart. & aliorum relatum
 opinionem, ait Iaf. in d. l. ult. col. pen. in fin. de eo, quod
 certo loco. Verum facile rñdetur ex sententia Cur. iun. hic
 n. 8. d. l. si quis caut. loqui in transactione, quæ ut valeat,
 à partibus dēt esse approbata. Et quæ quidem transactio-
 ne subsistente, et ita esse subsistit, & vnu sine altero sta-
 re non potest, nisi expresse dicatur. Ibi enim transactio-
 29 ne recessum est à pœna, cum transactio sibi fiat aliquo
 dato, vel retento hinc inde. l. 1. ff. de transact. cum ergo iam
 partium conventionione recessum fuerit à pœna, ut illa de-
 beat ex transactione, debet de ea specialiter fuisse actū
 in ipsa transactio, cum non nisi vtriusque speciali
 consensu confici solet.

Tertio alia ratione vltis est Iaf. in d. l. ult. col. penul. in
 fin. de eo quod certo loco, quam ita deduco. Protesta-
 30 tio contraria factio nil operatur. c. cum M. Ferrar. de
 constit. & c. sollicitudinem. de appel. & vtroque in loco
 Doctores. Atqui quando creditor recipit sortem adhi-
 bita protestatione, illa protestatio factio receptionis ad-
 uerfatur. Ergo nil debet operari. Cæterum facile respon-
 detur, quod in d. protestatio non est contraria factio, cū
 factum versetur circa vnum, nempe circa sortem prin-
 cipalem, & protestatio circa aliud, nempe, reservationem
 iuris, quo ad æstimationem quanti plurimi, vel in-
 tereffe.

*Contrahentem aliquid vè acquirentem, præsumi pro-
 prio, non autem alieno nomine contraxisse, & acquisuisse.*

S V M M A R I V M.

- 1 Contrahere nomine proprio quilibet præsumitur.
- 2 Negotia propria curare, quam aliena prius, quis præsumitur.

- 3 Charitatem à se ipso incipere, à natura homini inditum est.
- 4 Soluens suo nomine præsumitur soluere.
- 5 Actus quilibet proprio nomine gestus præsumitur, et si geri alieno nomine quoque potuisset.
- 6 Nouationem faciens, se ipsum liberare voluisse præsumitur, non obligare pro alio.
- 7 Acquisita præsumuntur propria pecunia quasi a.
- 8 Contrahens nomine alieno præsumitur contraxisse, si ad id erat obligatus.
- Idem si contraxerit nomine officij, num. 9. Vel id appareat coniecturis, num. 10.

PRÆSUMPT. XLVI.

Qui contrahit aliquid vè acquirit, præsumitur pro-
 1 prio nomine, non autem alieno contra here, &
 acquirere, l. Titium, & Meium, S. perfectus. ff. de admini-
 str. tut. & ibidem Bar. & idem in l. patruus. C. communia
 vtriusque iud. idem responderunt Corn. in consilio
 61. col. 2. lib. 1. Dec. in consil. 7. numer. 5. & ratio ducitur
 ab alia iuris præsumptione, quæ dicitur, quemlibet præ-
 sumi prius sibi curare propria negotia, quam aliena, l. que
 seruandarum. ff. de præscr. verb. & c. qui vult, de pen. di-
 stinct. 3. & scribit Alc. in tract. de præsumpt. reg. 1. præ-
 sumpt. 52. qui rationem rationis subiungit, quia à natu-
 2 ra instum sibi est homini, ut charitas sit à se ipso incipiat, l.
 præses. C. de seruit. & aqua. Hanc præsumptionem com-
 probat illa, qua dicitur, soluentem sibi præsumi soluere
 suo nomine. l. & magis. ff. de sol. & diximus infra in præ-
 sumpt. 136.

Conferat, & l. Pap. ff. mand. qua probatur, fideiusorē
 soluentem præsumi suo nomine soluere, quem text. sic
 in hanc sententiam annotauit Luc. de Pen. in l. 3. col. 4.
 vers. 30. præsumpt. C. de apoch. publ. lib. 10. Ita dicitur
 quod quilibet actus, qui geri potuit nomine proprio,
 & nomine alieno, præsumitur gestus nomine proprio,
 quemadmodum tradunt Bart. in l. gerit, numer. 9. ff. de
 acq. hæc. Corn. in consil. 310. numer. 7. lib. 3. Socin. Sen. in
 consil. 113. lib. 4. & Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt.
 24. num. 5. in fin. accedit quod respondit Crau. in consil.
 282. colum. 3. versic. 8. considero. Cum dixit, eum qui
 6 sibi nouationem fecit, præsumi voluisse se ipsum liberare,
 non autem pro alio obligare.

Conferat quod dicitur, acquisita præsumi sibi propria
 pecunia, non autem aliena. Bartol. in l. 2. ff. pro soc. & in
 l. Titium. S. altero. num. 2. versic. si verò dubitetur. ff. de
 administr. tut. Bald. in l. vltim. num. 2. C. de pign. Dec. in
 consil. 20. num. 10. Paris. in consil. vlt. num. 19. Crauer.
 in consil. 191. num. 8. & in consil. 244. num. 6. vide quod
 scripsi in consil. 213. num. 36. ubi de emente ex pecunia
 hereditaria.

Cæterum hæc de re verba faciens Bald. in l. si patruus.
 num. 4. C. communia vtriusque iud. scribit, confugiendum
 esse ad coniecturas, quas infra commemorabimus.

Declaratur primò hæc præsumptio, ut locum non ha-
 beat, quando hic contrahens, & acquirens sibi erat obliga-
 tus contra here, & acquirere nomine alterius. Nam tunc
 is contrahens acquirensque præsumitur ea fecisse nomi-
 ne illius. Ita Bald. in dict. l. si patruus, num. 5. C. commu-
 nia vtriusque iud. quem secutus est Alc. in tract. de præ-
 sumpt. regal. 2. præsumpt. 24. num. 2. similia dicemus in-
 8 fr. in præsumpt. 80. Conferat quod scribunt Aret. Soc. &
 Dec. in l. singularia, in 2. notab. ff. si certum peta. quod si
 iussi meo debitori, ut soluat ei, cui volo mutare, & is
 numeret, præsumitur numerasse in executionem mei mā-
 dati à se suscepti.

Declaratur secundo, ut non procedat, quando quis
 nomine sibi officij contraxit, & quæ sibi. Nam tunc præsu-
 mitur contraxisse, & acquisuisse eis, quorum nomine, &
 causa

causæ gerebat officium. Ita Alc. in dict. præsumpt. 24. nu. 4. versic. non possit allegare. Idem scripserunt Bart. in l. Titium. §. altero. col. 1. & 2. ff. de adm. tut. & Bald. in l. si patris. C. comm. vtriusq. iud. vbi tutor. & de re specia. te ad pupillum præsumitur nomine pupilli contrahere, & dicemus infra in præf. 49.

Declaratur tertio, ut locum non habeat, quando con- traheatur & constaret contrahentem, & acquirentem voluisse contrahere, & acquirentem nomine alieno, sicuti in eo, qui nomine communi negociari solet, is enim communi etiam nomine acquirentem præsumitur. Ita Bald. in l. si patris. nu. 4. C. comm. vtriusque iud.

S V M M A R I V M.

- 1 Heredes suorum nomine pacisci, & stipulari quis præsumitur.
2 Heredes eadem persona cum defuncto.
3 Stipulatio, & pactum radicatum prius in persona paciscentis transit ad heredes.
4 Stipulationes, & pacta, realia non personalia sunt, & in heredes actiue transiunt, & passiuè. nu. 5.
5 Pactum etiam tacitum ut paciscentis heredi proficit, factum præsumitur.
6 Præsumitur etiam pro heredibus acquisita præsumuntur.
7 Stipulatus pro se, etiam in damnum promittentis, heredes suis præsumitur stipulatus.
8 Idque procedit, quævis taxatiue pro se tantum esset stipulatus. nu. 9.
9 Et id de herede intelligendum etiam est, quia præter defuncti spem succedit. nu. 10.
10 Stipulatio, aut pactum super re ad heredes non transmissibile non comprehendit heredes.
11 Vfructus ad heredes non transmittitur.
12 Emphyteusis ecclesiastica, non ad omnes, sed quosdam tantum heredes transit.
13 Feudum quod de sui natura non est transmissibile, pro heredibus non præsumitur acquisitum.
14 Pactum circa factum personæ coherens in iuribus, non præsumitur pro heredibus in iuribus.
15 Pactum personale de non petendo, non egreditur personam paciscentis.

P R A S V M P T. XLVII.

Differimus superiore præsumptione, quod contrahens præsumitur contrahere nomine proprio, differamus nunc, quod contrahens, paciscens, & stipulans præsumitur ea etiam facere & nomine suorum heredum, l. si pactum. ff. de probat. cuius sententiæ ea est ratio, quia heres est eadem persona & cum ipso defuncto, qui contraxit, ut in Auth. de iureiur. a morien. præf. in princip. Et rationem hanc considerauit Alc. in lib. 3. parerg. iur. capit. 13. & latissime Calcan. in consil. 18. ostendit heredem esse eandem personam cum defuncto, & Crauet. in consil. 428. num. 13. & hancuris præsumptionem probarunt omnes in d. l. si pactum. Luc. de Pen. in l. 3. col. 7. vers. 178. præf. C. de apoch. publ. lib. 10. Ias. in l. quod dicitur, in fin. ff. de verb. obligat. qui scripsit pactum, & stipulationem & prius radicari in persona paciscentis, deinde transire in eius heredem. Ex quo intelligimus, pactum & stipulationem & præsumi realia, non autem personalia, sicuti ex dict. l. si pactum. annotauit ibi Florian. nu. 1. Et ideo dicimus omnia pacta actiue, & passiuè & transire in heredes, l. veteris. C. de contrah. & committen. stipular. quam sententiam latè comprobant Ias. in consil. 217.

col. 1. vers. 1. quia. lib. 2. & Tiraq. de retr. conuentionali. §. 1. gl. 6. nu. 1. Extenditur hæc præsumptio, ut locum habeat etiam in pacto & tacito. Nam, & illud præsumitur factum, ut proficit heredi paciscentis, l. tale pactum, in princ. ff. de pact. vbi Bart. Ias. & Flor. in d. l. si pactum, nu. 1. qui dixit, etiã pactum tacitum præsumi reale.

Extenditur secundo, ut locum habeat hæc præsumptio etiam in & privilegijs, quæ acquisita præsumuntur pro heredibus, l. forma. §. quanquam. ff. de censibus. & in specie respondit Socin. Sen. in consil. 59. num. 7. lib. 1. de privilegio exemptionis, & immunitate, idem censuit latè Iason. in consil. 217. lib. 2. idem scripsit Florian. in dict. l. si pactum, num. 4. cum dixit, privilegium præsumi reale, non autem personale, quia de re dicemus inf. in præf. 190.

Extenditur tertio, ut procedat etiam ad damnum ipsius & promittentis, sicuti quando venditor promittit de euidione, pro suo dato, & facto, præsumitur etiam promississe pro facto sui heredis. Ita Alex. in consil. 18. col. vlt. lib. 5. quod habet locum secundum eum, etiam si taxatiue facta est promissio, quia de re mox dicemus.

Extenditur quarto, ut locum habeat etiam, quando taxatiue & quis pro se tantum pactus, stipulatusque est, ut si venditor pactum adiecit, ut ei tantum liceret rem venditam redimere. Nam, & hoc præsumitur pactum adiectum pro ipsius venditoris herede, & ipse redimere possit. Ita Tiraq. in tract. conuent. §. 1. gl. 6. nu. 10. in fin. et si aliter scripserunt Cagn. in l. 2. nu. 44. Cod. de pact. inter empt. & vend. Bertrand. in consil. 158. lib. 1. & Borgn. Cauallan. in decis. 16. num. 3. par. 2. quorum rationes, & argumenta confutavi in consil. 801. redditum pro Pico Calalen. & ibi dixi opinionem Tiraq. maximè procedere in filio herede, qui non dicitur exclusus, et si promissio est taxatiue facta, & idem respondit latè Crauet. in consil. 428. num. 4. & 9. lib. 3. & latissime comprobaui eo simili, quod si quis ad sui obligationem promittit taxatiue, dicitur etiam promittere pro suo herede, sicuti quando venditor promittit de euidione pro suo dato, & facto tantum, dicitur etiam promittere pro facto sui heredis.

Extenditur quinto, ut locum habeat hæc præsumptio etiam pro herede, qui præter spem defuncti succedit. Ita extendit Flor. in d. l. si pactum, in fin. ff. de probat. adducens notab. tex. l. tale pact. §. vlt. ff. de pact. Declaratur primo hæc præsumptio, ut locum non habeat, & quando pactum, vel stipulatio adiecta fuit super re, & actiue non transmissibile ad heredes. Exemplum ad 12 ferri potest primo in usufructu, is enim non transmittitur ad heredes, l. stipulatio ista. §. si quis ita, de verbor. oblig. & l. si vfructus. ff. de nouat. Et propterea si promittitur usufructus, non prodest pactum heredi eius cui promittitur, ut in specie annotauit Florian. in d. l. si pactum, nu. 5. Est, & secundum exemplum in emphyteu si & ecclesiastica, quæ non transit ad omnes heredes, sed ad quosdam tantum, & propterea quæ eam sibi est stipulatus, non præsumitur etiam pro herede. Ita Flor. in d. l. si pactum, num. 6. Est huic simile quod dicimus de feudis, & quod cum sui natura non sit ad heredes transmissibile, non præsumitur acquisitum pro heredibus, ut post alios scripsit Olfac. in decis. 161. num. 12. in fi. Caterum hac de re differemus infra in præsumpt. 94. vbi explicabimus, an feudum præsumatur hereditarium, vel ex pacto, & prouideria. Tertium est exemplum in facto, quod & coheret personæ, sicuti est industria hominis. Nã tunc non præsumitur pro herede pactum in iuribus, sic in specie scripserunt Florian. in d. l. si pactum, num. 7. & ibid. Iac. num. 5. post Bart. & alios in l. si stipulatus fin. ff. de verbor. oblig. & in l. veteris. ff. de contrah. & commit. 16 stipulat. Quartum est exemplum in pacto personali de

non petendo, quod sui natura non egreditur personam paciscentis, & ideo heredi non prodest, l. si tibi. §. si pact. & l. nisi. ff. de pact. & ibid. DD. & in specie Flor. in d. l. si pactum, num. 9.

Patrem acquirentem pro se & filijs, præsumi acquirentem voluisse filijs, ut heredibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater acquirens pro filijs, præsumitur non ut filijs, sed tanquam heredibus acquirentem.
2 Ratio huius quæ sit, num. 2.
3 Heredem habere honor est non modicus.
4 Stipulari alteri nemo nisi heredi potest.
5 Stipulari potest pater filio, non tamen ut ei acquiratur.
6 Stipulatus pater filio ut heredi, tanquam extraneo id acquiratur filio.
7 Pater filijs, ut filijs tanquam præsumitur stipulatus, si sibi stipulatus non sit.
8 Idem si pater aliter sibi, aliter filijs sit stipulatus, nu. 8.
9 Aut stipulatur aliquid personæ coherens, num. 9.
10 Aut tale quod ad filios, ut tales non tanquam heredes transeat, num. 10.
11 Vel adiecta sit aliqua conditio id significans, nu. 15.
12 Emphyteusim ecclesiasticam stipulatus pater filijs, eam ut talibus, non ut heredibus præsumitur stipulatus.
13 Et eam consequi potest filius, etiam patris hereditate repudiata, num. 12.
14 Dotem pater filiabus stipulatus, præsumitur stipulatus tanquam filiabus, non tanquam hereditibus.
15 Donare pater filio tanquam tali, non tanquam heredi, præsumitur.

P R A S V M P T. XLVIII.

Cum pater aliquid pro se, & filijs acquirat, acquirere & præsumitur pro filijs non ut filijs, sed ut heredibus. Ita glo. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. & ibidem Bart. num. 8. & idem Bart. in l. quod dicitur patrem. ff. de verb. oblig. & ibid. Ias. num. 27. & Alc. num. 28. Alex. in consil. 124. lib. 5. & in consil. 13. num. 7. lib. 6. Corn. in consil. 288. col. 2. in fin. lib. 1. & in consil. 13. nu. 5. lib. 3. Aret. in l. Gallus. §. quidam rectè. col. pen. in fin. & ibid. Rub. in consil. 149. num. 2. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 31. & in reg. 3. præsumpt. 32. numer. 2. Soc. lun. in consil. 144. nu. 77. lib. 3. & scripsi in consil. 255. num. 17. lib. 7. Eandem esse rationem æstimauit glo. in d. §. si pactus. 2 quia verisimile est, patrem & cogitare, filium sibi heredem futurum, l. scripto. ff. de liber. Et accedit, præsumi patrem consulere voluisse proprio honori, qui non modicus & existimatur, herede habere. §. valde, in Instit. quibus ex caus. man.mittere licet, vel non, præsumitur etiam habere voluisse filium heredem, ut æ alienu soluat, ipsiusque patris conscientiam exoneret, cap. tua, de ar. asserri etiam solet alia ratio, quod nemo & alteri stipulari potest. §. alteri, in Inst. de inutil. stipul. sed heredi tantum, l. si factum. ff. de probat. & licet pater & stipulari possit filio. §. ei verò qui, Inst. de inutil. stipul. attamen id operatur, ut patri acquiratur, non autem ut acquiratur ipsimet filio, ut nostro in casu, in quo dum pater & stipulatur filio, ut heredi, stipulatur, ut ei, tanquam si esset extraneus, acquiratur. Declaratur primo, ut non procedat, & quando pater non esset sibi stipulatus, sed tantummodo filijs. Nam tunc præsumitur, stipulatus esse illis tanquam filijs, non autem tanquam heredibus, cum stipulatio non æ persona patris, sed æ persona filiorum incipiat. Ita declarant Alex. in dict. l. quod dicitur patrem. & Ias. num. 27. ff. de ver-

bor. oblig. & ibidem Alc. & idem in dict. præsumpt. 31. num. 1. vers. secundo limitatur. Quam quidem declarationem probant per l. quodcumque. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. vbi pater simpliciter stipulatus filie dari post mortem suam intelligitur, quod ei sit stipulatus tanquam filie, ex quo suam ipsam personam non admiscuit. Dissentit tamè ab hac declaratione Rub. in dict. §. quidam rectè. num. 150. duabus rationibus, quas referre superfedeo. Et hæc quidem declaratio locum habeat etiam, quando pater filio stipulatur ab eo, de quo ipse filius est benemeritus. Nam & tunc præsumitur ei stipulatus esse ut filio, non autem ut extraneo, sicuti hæc esse veriorem, & æquiore sententiam scripserunt, Ias. in d. l. quod dicitur, num. 20. ff. de verb. oblig. & Alc. in dict. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 30. ad fin. reiecta opinione Bart. in l. si tibi. §. pactus, nu. 4. ff. de pact. & in d. l. quod dicitur, nu. 3. vbi Alex. num. 15. dixit, esse communem, quod hodie verum non esse existimo.

Declaratur secundo, ut locum non habeat, quando pater & aliter sibi, aliter filio est stipulatus. Hæc enim difformis stipulatio, arguit patrem stipulatum fuisse filio, ut filio, non autem ut heredi, ita Bart. in d. l. quod dicitur patrem, nu. 3. & ibid. Aret. nu. 4. Alex. num. 5. Ias. nu. 28. & Alciat. num. 15. & idem in dict. præsumpt. 31. num. 1. versic. quarto limitatur, adducti ex l. auus. ff. de pact. qui tamen aliter ab Alberico, Castrensi, & Fulgoso, ibi intelligitur, & quos secutus est Rub. in d. §. quidam rectè, num. 149. versic. 1. casus, qui in versic. tertius est casus, aliter declarat. Adduci etiam solet, l. Seia. in princ. ff. de don. cau. mort. quam aduersus Aret. perpendit Ias. in d. l. quod dicitur, num. 28. qui pariter perpendit, text. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Hanc declarationem non admittit Rub. in dict. §. quidam rectè, nu. 151. eisdem rationibus, quibus improbauit, & præcedentem.

Declaratur tertio, ut non procedat hæc præsumptio, quando pater stipularetur aliquid coherens & personæ, ut puta, vsum fundi, vel privilegium immunitatis. Hoc sanè casu præsumitur, quod pater sit stipulatus filio, ut filio, non ut hereditate declarauit Alc. in d. præsumpt. 31. vers. 3. limitatur, post Bal. Imol. & alios in d. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posthum.

Declaratur quarto, ut non habeat locum hæc præsumptio in his, quæ transeunt ad filios, & tanquam ad filios non ut ad heredes, ut est emphyteusis ecclesiastica. Hoc enim casu præsumitur, quod pater eam sit & stipulatus, ut filijs non autem, ut heredibus. Ita Bar. in l. si tibi. §. si pactus, nu. 9. ff. de pact. & in d. l. quod dicitur, nu. 4. ff. de verb. oblig. & ibid. Ias. nu. 29. qui testatur, hanc esse communem sententiam, quam probauit etiam Alc. in dict. præsumpt. 31. nu. 1. & scripsi in consil. 255. nu. 18.

Quocirca inferitur, filium, cui pater stipulatus est emphyteusim ecclesiasticam, posse illam & consequi, repudiata patris hereditate, sicuti præcitati Doctores scribunt, & illis accedunt Anch. in consil. 25. Alex. in consil. 8. num. 4. & in consil. 27. nu. 5. lib. 3. in consil. 119. num. 6. & in consil. 129. num. 9. lib. 5. Corn. in consil. 13. lib. 3. Ias. in l. si non sortem. §. libertus, nu. 15. ff. de cond. indebit. Dec. in consil. 139. & in consil. 411. nu. 7.

Idem de feudo respondit Deci. in consil. 78. num. 5. Verum quia hoc pendet ab ea disputatione, an in dubio feudum præsumatur hereditarium, vel ex pacto, & prouidentia, propterea suo loco explicabimus. Prædictis accedit, quod egregie respondit Corn. in consil. 288. col. 2. in fi. & col. 3. lib. 1. Cum dixit, quod si pater stipulatur & dotem filiabus, præsumatur illis stipulatus non, ut heredibus, sed ut filiabus. Ea ratione vsum est Corne. quia dotare filias proprium est patris, l. qui liberos, ff. de ritu nupt. Non autem hoc conuenit extraneo, nec ab eo potestatur. Nam hæres esse posset extranea, quam stipulator dotare non tenetur. Nec solent homines habere curam